

1570. à 17. Xbris. Ex ms. Bibl. Latius: n^o 244.

Sidem Commissarij Coloni: Maximiliano Cesari &c

127

Inter multas laudatas Sacre m^{ts} v^{re} Ces: actiones si non primum, certe non postremum locum obtinet, et ad longam posteritatem obtinebit studium componende pacis inter exitialiter dissidentes et belligerentes inter se reges Dania et Suevia. In quo negocia tractando, et ad optatum finem perducendo secundum dei opt: max: clementiam et benignitatem multum valuit S. m^{ts} v^{re} Ces: felicitas, et commissariorum ipsius non vulgaris solertia, dexteritas cura et sedulitas. Nobis quoq; a Srmo Rege Polonie dno nro clementissimo ad ipsum negocium delegatis, quamvis cetera defuerint, studium quidem et integritas non defuit. Quod si quando forte diversa fuit ab illorum sententia, aut si quam negotio moram attulisse nisi sumus, necessitati, non voluntati nostrae id imputandum est. Neq; enim fas erat nobis a prescripto, S. Regis nostri discedere, et propria m^{ts} ejus Regia negocia, que in hanc pacificationem inuerebant, negligere aut derelictui habere. Quod etidem S. m^{ts} v^{re} Cesarea commissarij in ijs rebus, que ad ipsum pertinebant, facere s: nobis quidem non reluctantibus: non pretermisere. Quamquam nos minus tamen, quam debeamus fortassis, in hac parte fecisse

fecisse nobis videmur, ne quod huic pacifica:
tioni impedimentum data opera S. regis
nostri nomine iniicere voluisse videremur.
Et tamen malignorum hominum voculas
vix nitare potuimus, sed solamur nos cum
nostris ipsorum conscientijs, tum aliorum
presertim autem S. Mtis v're Cesarea com:
missariorum testimonijs: Quibus in ipsa tra:
ctatione abunde ni fallimur, candorem
et integritatem nostram probavimus, et
in proprijs autem Srmi Regis nri cum S.
Rege Danorum negocijs et controversijs
perquam s. nec scimus an nimis: faciles nos
ejusdem Mtis v're Commissarijs prebuimus,
ut hoc quoq; ad cumulum laudis glorie
ipsius accederet. Vellemus pari studio et
alacritate nobiscum certassent Danici.
Quid autem cum ijs actum et constitutum
sit, ex iisdem Commissarijs suis, S. Mtas v'ra
Cesarea recte cognoscet. Confidimus ean:
dem Mtē v'ram hanc facultatem, et o:
mnem actionem nostram, non solum
ipsam probaturam esse, verum etiam
Srmo regi nro commendaturam, perfe:
cturamq; ut Mtis ejus Regie calculo
ne improbetur, cum in ijs actionibus ejus:
dem Mtis v're Cesarea Commissariorū
consilium et auctoritatem, quoad sal:
va fide nostra et officio secuti sumus.
Quod quidem eo libentius fecimus, quod non:
ignoremus, quanta sit inter Mtēs v:
non modo necessitudinum, sed etiam
animorum conjunctio, et quantum
Srms rex noster Mtī v're Cesarea
tribuat. Quod reliquum est deum
precor & Stetini 17. Febr. 1570.

procedua Dupli.